

## SUMMARIUM SCHEDARUM PRIORUM.

- I. De Ptolemaeeae Geographiae codicibus dictantium ope scriptis. Litterae  $\iota$  et  $\eta$  —  $\iota$  et  $v$  —  $\eta$  et  $v$  —  $\eta$  et  $\alpha$  —  $\eta$  et  $\epsilon$  —  $\iota$  et  $\epsilon$  —  $\epsilon$  et  $\alpha$  —  $\iota$  et  $\omega$  —  $v$  et  $\omega$  — digammatis supplementa  $\sigma$  —  $ov$  —  $\beta$  — spiritus asper — lenis.
- II. De *B* et *Ov* litterarum usu promiscuo.
- III. De concretione et disiunctione nominum.
- IV. Litterarum et verborum transpositio.
- V. De Latinis nominibus propriis Graece scriptis:
  - A. de — — eorumque paronymis
  - B. — — — ductis ab adiectivis decl.
  - C. — — derivatis a participiis a) praesentis temporis et b) perfecti passivi.
  - D. — — propriis ductis ab appellativis declin. I. II. III. IV.
- VI. De nominibus e  $\pi\acute{\alpha}\lambda\imath\varsigma$  nomine compositis.
- VII. Nomina locorum pluralia.
- VIII. — indeclinabilia.
- IX. Heteroclita et metaplasmus.
- X. De genitivo in nominativi appositi locum substituto.
- XI. De genere nominum appositionis lege iunctorum.
- XII. De numeri permutatione.

I. *De Ptolemaeeae Geographiae codicibus  
dictantium ope scriptis.*

**C**orruptelae nominum propriorum et permutationes in Ptolemai Geographia non pauciores sunt, quam apud ceteros scriptores, apud quos magna est illorum copia. Nonnullae quidem ipsi geographo, pleraque vero eius scribis imputandae sunt.

Ipse quidem dupliceis maxime generis vitia commisit, tum quod non satis accurate refert ex aliis scriptoribus nomina, ut II, II, 27. *Σιατοντάνδα* e Taciti Ann. IV, 73. tum quod vim facit sermoni Graeco in nominibus Latinorum scriptorum Graece fleetendis, ut III, I, 22. *φάνος Φορτοῦναι* et tamen *λούκος Φηρωνίας* (non *Φοιρωνίας*) III, I, 47. ut *Κονπλούτιζα* II, 6, 39. *Κόνπλουτον* ib. 57. *Κόνχανα* II, 6, 51. *Λιβούντα* II, 6, 23. *Σεγισαμόνουλον* II, 6, 53. etc. nisi scribis haec, quam scriptori, malis vitio vertere. Insunt etiam pugnantia, quae huic, an illis imputes, facile dubites, ut *Σέξ* II, 4, 7. *Υδατα Σέξτια* II, 10, 15. ac *Σηστίου βωμοί* II, 6, 3. et *Σηστιαρία* IV, 2, 7. *Πόρτος μάγνος* IV, 2, 2. et *Μέγας λιμήν* IV, 6, 6. *φάνον* l.l. ac nihilo secius *φόρος*, *Δαγκόθριγα* (Lusit.) II, 5, 6. et *Δαχ(α)όθριγα* (Hisp. Tarr.) II, 6, 50. Quae si Ptolemaeus admisit, Graecae consuetudinis immemor, vel, hac non salva, Latinae nimis inserviens: aut sibi ipse non constituit, aut scribis multiplicem variandae orationis materiem praebuit. Quare sicubi, quae sint genuina, nullo calculo exputes, proclivius fuerit et satius, meliora id est Graeci, quam Latini sermonis similiora dare, sive ab auctore, sive ab operis prodita. Neque enim credibile est, eum scriptorem, qui saeculo p. Ch. secundo Alexandriae yiveret, et cetera bene scriberet, Romanorum scripta et tabulas sequentem nomina

propria Latino, quam Graeco more maluisse scribere; sed quo saepius eius Geographia describeretur sive a librariis Latine, quam Graecè doctioribus, sive tironum in usum, qui paene omnia Latine docerentur, eo facilius factum esse, ut nomina locorum populorumque a veteribus Graecis nusquam memorata ad Latinorum similitudinem, quam ἀναλογίαν dicunt, scribarum vitio confingerentur, a Romanis saepe solis cognita. Quodsi illae nominum formae Ptolemaeo acceptae referendae essent: aut extremo saeculo quarto vel ineunte quinto ille natus videretur, aut sui ipse dissimilis esset, cetera Graecus, hoc autem solo in genere barbarus. Sin a scribis in usum vocatae sunt: vel hos, opinor, aliquanto sequior aetas tulit, pinguiora et crassiora sonans.

Scribarum autem vitia plura sunt in permutandis, quam in omissis nominum litteris. Quas quidem quomodo confundere soleant, e tabulis palaeographicis et indicibus vitiorum eiusmodi studiose concinnatis intelligitur, sed ex his, quamquam ad elementorum ordinem redactis nulla emendandi ratio computatur, nisi quae e notarum inter se confusarum similitudine ducitur. Neque vero sufficit vitiorum origines et caussas in simili litteraram ductu quaerere, quod scribae non tantum oculis, verum saepe auribus peccarunt, sed in sonorum similitudine, quod illi, et maxime qui e Graecia Turcarum metu pulsi in Italiam confugerant, quo facilius rem conficerent, dictata socii ore in calamum excepsisse mihi videntur. Horum enim exemplum hodie in conferendis codicibus sequuntur Itali, quorum bini, ut audio, sic opus faciunt, alter ut exemplum libri editi recitat, alter eiusdem codicem scriptum legat adnotetque discrepantium. Neque tam facile accidere poterat, ut si scripta ob oculos haberent, litteras figura dispares miscerent, ut  $\eta$   $\iota$   $v$   $\epsilon$   $o$ , vel  $\beta$   $v$ , vel  $\sigma$   $\delta$   $\vartheta$   $\zeta$ : quam ut duo Graeci, qui hodierno more loquerentur, alter dictandi, scribendi alter, negotium sustinentes, oris auriumve vitio litteras sono similes confunderent. Quodsi eiusmodi vitia deprehenduntur, ea dictantium scribentiumve sunt, non scriptoris. Haec vero, quae ad ceteros quoque Graecorum operum codices MSS.

perfinere arbitror, geographiae Ptolemaeae codicum exemplo comprobata esse video: quorum si quae sunt eius generis via-  
tia, ea originem dictantium et scribentium non minus, quam codicum aetatem arguunt.

Venio nunc ad illud, quod itacismus *ι* et *η* aliarumque litterarum confusione peperit, mendorum genus notandum, cuius luculentum exemplum exstat IV, 2, 28. *Σύμιθα* Mauritanie Caesar. oppidum, Edd. *Σύμιθα* cod. Par. 1401. *Σύ-  
μειθα* Anon. Lips. Coisl. et Par. 1402. *Σύμοιθα* Coll. Mann. O. *Symoetha* Norimb. 1. *Simoetha* Norimb. 2. Deinde III,  
14, 5. *Ἀλμήνης* Edd. *Ἀλμήνης* MSS. Parr. 1401. 2. 3. 4. Coisl.  
Suppl. 119. Almenis Norr. 1. 2. et Coll. Mann. O. Ubi *η* et *ι*  
alternant in codicibus plerumque *ι* pronuntiationi, *η* scripturae  
deberi, et hoc saepius, quam illud, pro re nata genuinum  
videtur. Sic verius est illud *Ἀλμήνης*. Idque multo eviden-  
tius est, sicuti apud Ptolemaeum hoc modo anceps est scri-  
ptura nominum, quorum etiam apud alias sit mentio, ut III,  
15, 23. *Αἴδηρος* Edd. *Αἰδηρός* MSS. Parr. idque comproban-  
tibus Strabone, Stephano et Plinio. In contrariam partem  
peccatum est IV, 5, 50. *Ξόις* in Edd. et MSS. praeter Par.  
Suppl. 119. in quo est *Ξόης*, quod etiam specioso Stephani  
testimonio confirmatur. At vero alteram formam in *ις* desi-  
nentem tuerit Strabo p. 802. et alia apud Ptolemaeum ibidem  
urbium capitalium nomina: *Σαις*, *Ναύπατις*, *Ονουρίς*,  
*Ἄσφιβίς*, *Θουνίς*. Neque erat, eur ibid. §. 51. ederetur *Βον-  
σιρής*, codicibus miro quodam consensu praestantibus *Βονσι-  
ρίς* nomen complurium urbium commune et formae indubita-  
bilis. Alia indicasse hoc loco sufficit, ut *Ἀναρηνοί* et *Ἀβα-  
ρηνοί* III, 5, 20. *Γαρῆσκος* et *Γαρίσκος* III, 13, 25. *Δήθομα*  
et *Δίθομα* III, 13, 26. *Ημιχάρα* et *Ιμιχάρα* III, 4, 12. *Θη-  
νίτης* et *Θνίτης* IV, 5, 66. *Βαλληαρικός* et *Βαλλιαρικός*  
II, 6, 77. *Νουμηδία* et *Νουμιδία* IV, 2, 11. etc. *Μηνίον* et  
*Μινίον* II, 6, 1. et 39. *Τάνιτον* et *Τάνητον* III, 1, 46. *Οβη-  
λαί* et *Οβηλαί* IV, 5, 21. *Οζητίς* et *Οζητίς* II, 3, 31. *Πή-  
τονες* et *Πίκτονες* II, 6, 10. et 7, 2. *Σικόρ* et *Σηκόρ* II, 7, 2.  
atque alia ne integro quidem accentu *Ἀνχιτήνα* et *Ἀνχίτινα*

IV, 4, 12. *Αῆσα* (Hisp. Tarr.) Pall. Coll. Bert. Par. 1403. *Αῆσα* Coisl. Par. 1401. O. ap. Mann. Coll. Lips. *Αῖσσα* edd. vett. II, 6, 72. *Μαραβίρα* et *Μαράβινα* IV, 2, 12. *Μυζῆνοι* et *Μυζίνοι* IV, 2, 19. *Ποζῆμις* et *Ποζίμις* IV, 7, 19.

Accedit, quod *ι* nunc eliditur, nunc non subscribitur idque ab hoc facilius committi appareat, qui dictata audiens scripta non videat, quam ab illo, qui litteras ipse adspiciens describat. Quamquam ubi punctis notatur *ι* (cf. Bast. Comm. Palaeogr. p. 742. ed. Schaefer.), etiam legentium oculos si fefellerit, mirum videri non potest. Aeoles *ι* non subscribere notum est (cf. Bekkeri Anecdd. p. 1187.). Quorum et Romanorum sermo quo magis affinitate contineatur, eo probabilius est, in Latinis nominibus Graece conformatis *ι*, quod sit ἀνεκφόρητον, non subscribi. Quodsi scribae Ptolemaeum latinizantem faciunt, *ι* etiam tum omittunt, quum subscribendum est: vid. Hermann De Emend. Rat. Gr. Gramm. p. 37. Lobeck ad Phrynic. p. 40. Adde Etym. M. p. 38. Sic Θρήνη ut apud geographum nostrum restituantur, consuetudinis Graecae ratio vindetur poscere. Ac II, 8, 12. verisimillimum est ab eo scriptum esse 'Ρήδονες; hoc enim medium est inter 'Ρήδονες Edd. et 'Ρηδονες Parr. 1403. et 4. Sunt autem illi apud Caesarem B. G. II, 34. Rhedones. Ex altero 'Ρηδονες in MSS. Coisl. Parr. 119. 1401. et Coll. Lips. et ex hoc rursus 'Ρηδονες in MSS. Norr. A. B. O. ap. Mann. et ed. Argent. quod Wilbergium recepisse miror, subortum videtur. Nec desunt omissionis exempla ut Αἰδαῖοι et Ἀδαῖοι IV, 5, 74. Αἴσονις et Αἴσονις IV, 3, 41. Ιάρξειθα et Ἱάρξειθα IV, 6, 24. Περιφώσιος et Περφώσιος λιμήν IV, 6, 7. Τυμήθου et Τυμήθου ποτ. ἐκβ. III, 4, 2. Ac, si placet, adde IV, 6, 7. ubi 'Εσπερίον et 'Εσπέρον ζέρας, quamquam alterum manifesto vitio, scribitur; et IV, 8, 8. Κολοβοὶ ἡ Κόλβοι.

Deinde in *ι* et *υ*, atque *υ* et *η* vocalium permutatione idem fere acciderit necesse est, ut *η* saepius scriberetur, ubi *υ* scriptum oportebat, *ι* contra exstaret, ubi *υ* vocali locus erat. *I* enim vocalis est sonus ille, qui cum litteris affinibus paullum inflexa voce communificatur. Ad has igitur pronuntiandas

quum ab illa sonus communis repeteretur, fieri non potuit, quin qui incognita nomina propria dictata audirent, auribus decepti facilius soni communis notam ponerent, quam alias vix disparis, ne Graecis quidem auribus suis percepta discrepantia. III, 15, 5. *Kύρρων* et *Ἀντίκυρρων* in libris edd. scribuntur; codices sibi non constant, Coisl. *Kίρρων* et *Ἀντίκυρρων* Par. 1403. *Kύρρων* et *Ἀντίκυρρων* et hoc eum *Kύρρων* 1402. et 4. praebent, unus 1401. *Kίρρων* et *Ἀντίκυρρων*, cui quod addit *η Ἀντίκυρρων* per se falsum est. Hic quidem de i consentiunt non modo Latini scriptores, Plinius et Statius, sed etiam, quamquam negantibus Moellero et Bischoffio, Pausanias et Strabo (p. 416. non 288.) III, 13, 39. *Μίεζα*, ut apud Stephanum Byz., scriptum legitur, quod cod. Par. 1403. tribuit, assentientibus fere codd. Norimb., quorum maior *Miesa*, minor *Mieza*, litteris *cz* pro more copulatis, exhibet. In ceteris autem libris scriptis est *Μύεζα*, Par. Suppl. 119. *Μύεζα*, in nullo autem *Μύζα*, ut perperam narrat de Pinedo ad Stephan. et secundum eum, ut videtur, Moeller et Bischoff. — Ad haec quas vices *v* et *η* subeant, nonnulla nomina satis superque docent: III, 14, 6. *Ἄξιλια* Ms. Par. 1404. *Ἄξιλεια* edd. et ceteri codd. praeter 1401. et 2. in quibus *Ἄξιλεια* legitur, quod sequens Pirckh. *Azelia* scripsit, alterum probant Nor. maior, *Azilia*, et minor *Acilia* reddentes. — III, 15, 23. *Κήραιον* (*Εὐβοίας ἄγρον*) Edd. et MSS. nisi quod Parr. 1401. 3. 4. *Κήραιον* male perhibent. Verum est sine dubio *Κήραιον*; cf. Sophocl. Trach. 750. et 237. Hinc *Κήραιον* Aeolenses dixisse videntur, et Romani, *Canaeum* vid. Plin. IV, 12. Mel. II, 7. — IV, 8, 18. *Ποντηρίς* nomen, quod est in Parr. 1403. et 4. et Norimb. maior, et *Pontiris*, quod Norimb. minor habet, natum videtur e Coislinoiano *Ποντηρίς*, hinc in ceteris libris scriptis et edd. vitiosum illud *Ποντερίς*. Pariter IV, 3, 32. in *Nήνσα* et *Nένσα* nominibus eadem confunduntur litterae. —

Aequo proclive fuit *H* et *Ae* inter se confundere, prae-  
sertim si, qui exemplaria describerent, obscuras codicum lit-  
teras enucleare laborantes, Latinos interpretes vel geographos

consulerent. Cuiusmodi luculentum documentum praebet nomen *"Ημωνα* II, 14 extr. (cf. Plin. III, 18, 25. Antonin. Itin. Gruter. Msrr.). Secundum Latinos *Αἴμωνα* scriendum videtur, quod nemo mirabitur, qui consuetudinem palaeographicam norit, memineritque *e* ad calcem unco ascito siglam esse diphthongi *ae*, unco autem omissa saepe confundendae scripturae locum dedit. Ceterum Ptolemaeus non modo graduum numeris, sed etiam verbis et tribus quidem praeverbiis mirum in modum cumulatis urbis illius situm designat cum regionum finitimarum positione comparans: *μεταξὺ Ἰταλίας* υπὸ τὸ Νορικόν — *Παννονίας πάλιν*. Erat enim urbs Italiae regione X. utrumque inclusa, intra montes Albanum et Cetium in vergente ad Noricum parte sita urbs in secessu superioris, ad quam pertinebat, Pannoniae. Unde hanc scio an Ptolemaeus, qui eum locum non ipse obisset, accuratiorem etiam Plinio auctorem Romanum sit secutus.

Eodem modo *η* et *ει* permutantur: IV, 7, 9. *Δήση* vulgo, idque ortum e *Δέσῃ*, quod prodit Par. Suppl. II9., monstrante verum cod. Par. 1403. in quo est *Δέση*. *Δειρή* Strabonis est XVI, 769. et Agathemerij *Δείρη*. Sic discrepant, opinor, nomina proprium et appellativum, cuius accentum Strabo tenuit. — II, 8, 5. *Ἀηξούβιοι* Par. 1404., quod recte edidit Wilb. *Αἰξούβιοι* cett. *Αειξούβιοι* Par. Suppl. II9. Inter haec duo illud est medium, quod Caesar et Plinius praestant, *Lexorii* vel *Lexobii* atque Strabonis (IV. p. 189.) nomen *Ἀηξόβιοι*. — Hue adde IV, 2, 11. *Ιγιλγίλη* Ms. Vat. Coll. Lips. *Ιγιλγιλεῖ* Parr. 1403. *Ιγιλγιλεῖ* Edd. *Ιγιλγίλη* Coisl. et 1401. quod non improbabile videtur, ut quod *Higilgila* in utroque Norimb. tueatur. Eodem fere in numero est locus IV, 2, 26. ubi *Κασμάρη* quidem editur, *Κασμαρεῖ* autem sex eodd. Parr. meorum testimonio, et *Κασμάρει* in Coll. Lips. proditur. Cuius nominis emendandi non aliunde peti ratio potest, et ne ex usu quidem frequentiore unius ex his nominis flexionibus. Nec minus turbatur scriptura nominis *Οὐεσκεθήρη* IV, 2, 34. sic enim editur: cui proximum est, inverso tantum ultimarum litterarum ordine, *Οὐεσκέθρη* in cod. Parr. 1404.

et O. ap. Mannert., hinc Pirckh. *Vescethra*, unde in Norimb.  
min. corruptum *Uschetra*, ad Graecam autem formam pro-  
pius accedit, quod est in codd. Vat. Coisl. et Parr. 1402. et  
119. ex hoc utroque, Latino et Graeco, coaluit in Par. 1401.  
*Οὐεσνεθρία*. — In his dubites, utrum quod Graece, an quod  
barbare terminatum est, a Ptolemaeo sit profectum. Ibidem  
vero duae exstant similes ne ipsae quidem satis certae termi-  
nations nominum in *ι* aut *η* exeuuntur §. 23. *Τιμίη* Edd.  
*Τιμίη* Coisl. Parr. 1402. 119. et *Τιμίη* Vatt. et Barb., acci-  
nentibus Norimb. 1. et Pirckh. — et §. 24. *Τιτλού* Edd. prior-  
es, *Τιτλού* Bert. *Τιγλού* Anon. Lips. Coisl. O. ap. Mann.  
*Τιγλού* Parr. 1403. et 4., sed *Τιγλούη* Parr. 1401. et 119.  
*Giglin* Norimb. 1. 2. et *Gigliue* Pirckh. Cellar. Moeller  
Bischoff. In quo si *η*, quod medium est, verum esse sumi-  
mus, in utramque partem degeneravit lectio, ita ut *η* aut in  
*αι*, aut in *ι* abiret, suborta ex hoc per litterarum transposi-  
tionem scriptura *Giglin*.

Ad haec referenda est *ι* et *αι* litterarum confusio, cuius  
complura exempla habeo apponere; *Ἄξυλ(ε)ία* III, 14. 2. 6.  
*Ἄρχηψ(ε)ία* III, 15. 20. *Ἀμ(ε)ίκου* IV, 8, 20. *Ἀνηρ(ε)ίται*  
IV, 5, 21. *Ἐρβίται* et *Ιερβίται* III, 4. 13. *Ζαμαριζών* (*Ζάμα*  
*μειζών?*) IV, 3, 33. *Ζιλεῖται* et *Ζιλίται* IV, 1, 13. *Κολωνία* et  
*Κολάνειται* passim *Λεβαδ(ε)ία* III, 15, 20. *Λεγ(ε)ίων* IV, 3,  
30. *Λ(ε)ιλαία* III, 16, 19. *Π(ε)ίπαία* ὄρη III, 5, 15. *Σερ-*  
*γέντ(ε)ιον* III, 4, 13.

Nec multum differt ab hoc vitiiorum genere *ι* et *αι* litterarum  
permutatio, cuius in promptu est illud exemplum *Ούικα*  
II, 6, 23. (sic Parr. 1402. 3. 4. et Coisl.) *Ούικα* Edd. vett.  
et Par. 1401. sed *Voecka* Pirckh. *Veca* Norr. 1. et 2. Atque *v*  
et *αι* litteras permutatas esse documento est locus III, 12, 4.  
*Κύλλα* et *Κοῆλα*.

Tum obscura quaedam et minus accurata similium voca-  
lium pronuntiatio effecit, ut nomina propria, quae parum nota  
essent, multifariam depravarentur. Hoc ex genere ea sunt  
nomina, in quibus per vices *ε* et *αι* scribuntur: *Αρεονάκαι*  
et *Αραιονάκαι* II, 6, 56 sq. *Αρεάκαι* Strab. III, p. 162.

*Τομαδέων* et *Τομαδίων* IV, 8, 16. *Κολετιανοί* et *Κολαι-*  
*τιανοί* II, 14, 2. *Μίρεον* et *Μύραιον* IV, 3, 28. *Νέσος* et  
*Ναισσός* III, 9, 6. *Οναρδέοι* et *Οναρδαῖοι* II, 17, 8. *Οὐρ-*  
*κεσα* et *Οὐρκαῖσα* II, 6, 58. *Ούσάλαιτον* IV, 3, 26. et sic  
*Ούσάλετον* IV, 3, 18. *Ούσκενον* et *Ούσκαινον* II, 7, 2. *Πέ-*  
*πια* et *Παιπια* IV, 2, 34. *Πατέτα* et *Πάταιτα* IV, 7, 18.

Porro etiam *o* et *ω* vocales dictandi consuetudine confusae videntur. Verum est quidem, nonnulla huius confusionis exempla aliam originem ostendere, ut *Φαμονδίς* et *Φωμονδίς* IV, 5, 34. *Βούλανες* et *Σούλανες* III, 5, 20. *Σεθραίτης* et *Σεθρωίτης* IV, 5, 53. *Λαρών* et *Λάρων* IV, 8, 1. item *Χει-*  
*μῶ* et *Χειμάι* IV, 5, 8. *Ἐρμονθίς* et *Ἐρμωνθίς* IV, 5, 70. *Ἐρμονθίτης* et *Ἐρμωνθίτης* ibid. *Βούδινον* et *Βάδινον* III,  
5, 15. *Μόνδου* et *Μοίνδου* IV, 8, 19. *Βαῦστα* et *Βενότα*  
III, 1, 76. Haec enim omnia obscuritati notarum aut scri-  
bentium ignorantiae negligientiae tribuenda sunt. Neque  
enim facile istae vocales aliaeque litterae sonorum dissimili-  
lum similitudine misceri potuerunt. Contra ut concedam eo-  
dem modo potuisse confundi vocales sono inter se similes; ta-  
men pronuntiandi audiendive vitio id his accidisse multo cre-  
dibilius est: ut *Ἄόλωπες* Par. 1402. *Δόλωπες* Par. 1401.  
i. e. *Ἄόλοπες* III, 14, 8. sic autem sine ulla exceptione nomen  
recte scribitur IV, 3, 27. et 6, 21. *Καρύωνες* et *Καρύόνες*  
III, 5, 23. *Ἀόγγωνες* et *Ἀόγγονες* II, 9, 19. *Οὐάσκωνες* et  
*Οὐάσκονες* Ptol. II, 6, 10. (o Wilb. e Par. 1401 ω Strab.);  
*Πίκτονες* (secundum Strab. Wilb.), *Πήκτονες* et *Πίκτωνες*  
(Coisl.) II, 6, 10. 7, 2. *Σάντονες* et *Σάντωνες* II, 7, 2. et 7.  
*Σχιότωνες* et *Σχιότονες* (sic. Parr. 1403. et 4. ed. Wilb.).  
*Ἄύσών* et *Ἄύσον* IV, 2, 32. *Γλαύκων* et *Γλαύκον* IV, 5, 32.  
*Βούνδων* et *Βούνδον* IV, 3, 36. *Κασσιόπη*, *Κασσιοπαῖος*  
et *Κασσιώπη*, *Κασσιωπαῖος* III, 14, 8. *Χαλεός* et *Χαλεώς* III,  
15, 3. *Χαλκώς*, quod ibidem in O. apud Mann. legitur, legen-  
tium potius oculis, quam scribentium auribus deberi arbitror.

Postea, nisi me fallit opinio, non alia de causa factum  
est, ut in libris MSS. nunc geminarentur simplices litterae  
consonae, aut pro geminis scriberentur singulae, nisi, quae

non recte legerentur, duas diversae, altera mutata in alteram, aequalentur. Nec parva est earum copia: ββ. Σαβάτ Σαβ-  
βάτ Σάββατα II, 7, 8. — γγ. Μάγων ἡ Μάγγων τῆσσις IV,  
8, 17. — ηη. Ἀζ(η)άναι IV, 7, 10. Γραπ(η)ονοτές II, 6, 67.  
Θουβούρσικ(η)α IV, 3, 29. Λαπ(η)ονοτές II, 6, 59. Μακ-  
(η)οῦραι ἡ Μακούρωνες IV, 2, 19. Τόροκ(η)α III, 5, 27.  
— λλ. Γέλ(η)α III, 4, 15. Γουρουλ(η)ίς III, 3, 7. Ελ(η)ονή-  
τιοι II, 9, 20. et 10, II. — νν. Ἀργεν(ν)ον III, 4, 9. Δοβοῦ-  
νοι et Δοβοννοί II, 3, 25. — ππ. Θοῦπ(π)αι IV, 6, 28.  
Καπ(π)άσσα II, 5, 8. — σσ. Αἰγοῦσσα (Αἴγοῦσσα?) III, 4, 15.  
Ἴτούρισ(σ)α II, 6, 67. Λάρισσα ἡ Χαρίεσ(σ)α III, 13, 42.  
Σκότυσσα Coisl. II, 13, 31. alii. Σκότισσα et Σκότονσσα  
(non Σκοτοῦσσα) Βόσσα et Βῶσσα III, 3, 7. Κασ(σ)ιόπη  
III, 14, 2. Κασ(σ)ιοπᾶτοι ibid. §. 8. Μεσ(σ)ήνη III, 4, 9.  
Μεσ(σ)ήνοι ibid. II. Νέσ(σ)ος III, II, 2. Ὁδρησ(σ)ός III,  
5, 29. Κηφισός III, 15, 13. (Κηφισός Ms. Par. 1401.)  
Δασ(σ)αρήτιοι III, 13, 32. Ἔσσινα I, 17, II. (et Ἰσινα).  
Ούασ(σ)άροι (Ούασάτοι?) II, 7, 15. Οσ(σ)ιοι III, 5, 22.  
Οιασ(σ)ώ ἄκρον καὶ πόλις II, 6, 10. Quod cum Mela et  
Plinius memorent sine nomine, haud scio an Ptolemaeus hoc  
quoque loco Ούασκόνων scripserit. Aut, si loci nomen ille  
scripsit, Ούασκώ verisimilius est, quam Οιασσώ. Huc re-  
fero Ούιδουνκάσσιοι II, 8, 2 et 5. (ita enim coniicio) poste-  
riore loco Βιδουνκάσσιοι MSS. Parr. 1403. et 4. priore Ούι-  
δουνκάσσιοι scribuntur, a Wilbergio secundum Argentin. Βι-  
δουνκάσσιοι, Ukerto autem (*Alt. Geogr.* II, 2, 340.) *Vidu-*  
*casses* videntur. Vulgo Βιδουνκάσσιοι Huic quam agnatum  
sit Βιδουνκάσσιοι, non minus, quam utrumque dictando nasci  
potuisse clarum est. Si vero Βιδουνκάσσιοι vel Ούιδουνκάσ-  
σιοι, quod medium est, genuinum esse censemus, hoc qui-  
dem legentium culpa facile utroque modo in Βιδουνκάσσιοι et  
rursus in Βιδουνκάσσιοι, aut in Βιδουνκάσσιοι corrumpi potuit.  
Denique vix quisquam dixerit, quo paeto seribae σ pro  
spiritu leni ponere potuerint, aut contra, nisi audire digamma  
sibi viderentur, cf. Matthiae *Gr. Gramm.* §. 8 sq., ut Ἔνο-  
νες et Σένονες II, 8, 12. Ἐγονσιανοί et Σεγονσιανοί II, 8,

14. Ἐπόδοννον et Σεγόδοννον II, 7, 21. Οὐσάργαλα et Σον-  
σάργαλα IV, 6, 10. 14. Lenius digammatis supplementum,  
quam  $\sigma$ , videtur esse in  $\beta$  et  $ov$  litteris positum. Ac pro-  
misuum earum usum fuisse in libris MSS. seorsum postea  
ostendam, quamquam non crediderim, scriptores seriores,  
nendum scribas his litteris pro digammate non iam usitato ad  
Romanorum V litteram Graece exprimendam usos esse, sed  
quod Graecae litterae ad Latinae sonum proxime accederent.  
qui Straboni Ἐνετοί, Ptolemaeo Οὐένετοι, ut est in libris  
editis (II, 8, 6. 7.) vel Οὐένετοι Dionis Cassii exemplo di-  
cuntur, neque aliter III, 5, 23. Ἰβίωνες ἢ Οὐιβίωνες: cf.  
*Wannowski* Disp. de Ratione, qua Graeci in scribendis nomi-  
nibus propriis Romanorum usi fuerint (Posnaniae a. 1836.)  
p. 2 sqq. Multo autem ut tenuius, sic frequentius, quam  $ov$ ,  
digammatis supplementum, antequam spiritus lenis sufficeret,  
spiritus asper exstitit. Idque ostendunt nomina in aliis codi-  
cibus hoc, in aliis illo insignia: Ἀλωναι ἢ Ἀλωναι II, 6, 14.  
Ἀργμεῖαι ἢ Ἀρμεῖαι IV, 6, 21. Ἐλκέθιον ἢ Ἐλκέθιον et  
Ἐλωρος ἢ Ἐλωρος III, 4, 15. Ἔρπις ἢ Ἔρπις IV, 1, 14. Ἰσ-  
πανία ἢ Ἰσπανία, Ἰσπαλις ἢ Ἰσπαλις II, 4. Ἰππα ἢ Ἰππα  
IV, 2, 33.

Quodsi verum est, multos codices Geographiae Ptole-  
maeae haud secus atque aliarum scriptionum a scribis confe-  
ctos esse, sociis ad opus levandum et festinandum dictare  
iussis: hinc multorum vitorum originem ducere licebit, et  
nomina facilius restituere, atque hoc in genere speciosas saepe  
geographorum dissensiones tollere.

## II. De *B* et *Ov* litterarum usu promiscuo.

*B* et *Ov* tam cognatae sunt litterae, ut in reddendis  
nominibus Latinis scriptoribus saepe promiscuae fuisse, aut  
a scribis saltim mixtae esse videantur. Argumento in primis  
est Οὐικτωρία et Βικτωρία, duobus in locis apud Ptolemaeum,  
in edd. quidem utrobique Οὐικτωρία, in eodd. autem MSS.  
altero loco variata. IV, 2, 24. Οὐικτωρία unius cod. Bar-  
berini. testimonio nititur, itemque subsidio firmatur eodd. Vatt.

Coll. Lips. in quibus est *Oὐιχτωρία*; *Βιχτωρία* autem in codd. anonym. coll. Lips. Parr. Coisl. 1401. 2. 3. 4. et Suppl. 119. Quodsi codd. numero controversia dirimenda esset, *Βιχτωρία* hoc quidem in loco vinceret. Sed II, 3, 9. *Oὐιχτωρία* codd. consensu gaudet, in edd. tamen mirum in modum correpta tercia a fine syllaba. Deinde Ptolemaeus etiam aliis in nominibus Latinis Graece convertendis V litteram multo saepius ον, quam β, reddere solet, ut *Οἰνελοί* II, 8, 2. *Οὐέλαι* III, 1, 8. *Οὐικεντία* III, 1, 30. *Οὐήρωνα* III, 1, 31. *Νοοῦναι* III, 10, 10. *Νοούνον* II, 6, 22. *Νοονιόδουρον* III, 10, 11. *Νοονιόμαγος* II, 7, 8. *Σιν(z)α* *Οὐενερία* IV, 3, 20. *Λιονία* II, 6, 10. *Φαιονεντία* III, 1, 46. *Οὐασάριοι* vel potius *Οὐασάτιοι* II, 8, 15. cf. Ukert Ge. II, 2, 263. *Οὐέτερα* II, 9, 14. *Οὐετίλλιον*, quod Intpp. praestant, IV, 3, 36. vel, ut vulgo scriptum est, *Οὐεπίλλιον*. Porro *Βατανόδουρον* II, 9, 14. quod in MSS. Parr. 1403. 1404. et Suppl. 119. depravatum est in *Βοταβόδουρον* et Par. 1401. in *Βοτανόδουρον*, Coisl. autem in *Κοτανόδουρον*. Certum est *Βατανῶν* II, 9, 14. nec dabium igitur, quin etiam §. 4. eodem modo scribendum sit. Ubi vero fluctuatur lectio, II, 6, 53. in libris edd. *Βουρούεσκα* quidem et Par. Suppl. 119. a. m. 1. *Βιρούεσκα* et a. m. 2. *Βουρούεσκα* legitur, sed sine ulla dubitatione iuxta cum Plinio III, 3. *Οὐιρούεσκα* e Parr. 1401. 1402. et 3. restituendum videtur. Si Romanae originis est *Βιλλα* i. e. Villa Marmaricae locus IV, 5, 29. non est, cur dubitem, an *Οὐίλλα* a Ptolemaeo aequre scribatur, ac IV, 2, 22, ubi Mauritaniae Caesareensis loci nomen *Οὐίλλα* Coisl. et Edd. auctoritate praestatur.

### III. *De concretione et disiunctione nominum.*

Eae apud Ptolemaeum usu veniunt formae nominum, ut ex aliis facile compositae esse vel usu communi coaluisse paullatim vel a scribis temere coagmentatae videantur, eadem nomina rursus a scribis disiuneta sunt in aliis codicibus, quae alii usus auctoritate copulata referunt. Itaque si non aliunde innotuit vera scribendi ratio, ad iudicandum difficile est,

utrum coniunctio, an disiunctio sit rarer. Huius generis ea sunt nomina, quibus articulus videtur adhaesisse, ut *Tovizn* I, 17, 12. ubi etiam *Nizn* exstat. *Taxápn̄ Kápn̄* vulgo IV, 3, 11. *Taxápn̄* Codd. Parr. sex mei, *Tà Kápn̄* Vatt. et Barb. Coll. Lips. — *Taxφoñq̄a* ἡ *Taxφoñq̄ai* IV, 3, 10. Proximum est ad τὰ φρούρια, sed praestat ad τάφρος et ἄφρονq̄a nominis referre originem. Plinio enim V, 4. *Taphra* dicitur. *λοῦκαι* ἡ *Τουδοῦκαι* ἡ *Τουδούκωνες* IV, 2, 21. Huic nomini quod praemittitur εἶτα, eius syllaba posterior facile potuit incrementum afferre sequenti nomini. *Ἄσφρν̄a* IV, 3, 12. (Mss. Parr. 1401. 3 et 4.) ηδαφνα Vatt. Coll. Lips. *Ηδάφθα* Coisl. et Suppl. 118. *Ηδάφθα* cett. Quod nomen quo iure Bischoff et Moeller plurale esse dicant, nescio: ipsa lectionis varietas facit, ut dubitem. εἶτα οἱ *Ρυπαῖοι* vulgo IV, 8, 15. εἶτα *Ρυπαῖοι* Parr. 1403 et 4. εἶτα *Ρυπαῖοι* Suppl. 118. εἶτα *Ορειπαῖοι* Parr. 1401. 2. et Coisl. Disiunctum est in codd. nomen, quod scribae Rhipaeorum montium memores essent. Sunt igitur duces ad verum *Ορειπαῖοι*. Simili modo corruptum est nomen fluvii *Τοιμφοιμβίον* IV, 2, 29. Sic enim vulgo editur, τοῦ *Φοιμίου* Vat. Coisl. Parr. 1401. 2, 118. τοῦ *Φημίου* Vat. alter *Φαλμίου* O. ap. Manner. Haec omnia quo maiorem prae se ferrent articuli Graeci speciem, scribae graecandi studio ducti, non dubitarunt tamquam e Graeco sermone oriunda in partes suas dissolvere. Sunt etiam, quae non dubium est quin Graece conformata aut vere contracta vel nexa sint, ut *Ἀμμέδαρα* IV, 3, 30. i.e. *Ad Medara* vel *Ad Medera*; sic enim nomen refert Tab. Peuting. *Βούλλαρία* IV, 3, 30. h. e. *Βούλλα όγηία*. Quod praestat ipse Ptolemaeus VIII, 14, 10. Proinde est autem, utrum *Σεναγάλλια*, an *Σένα Γάλλια* III, 1, 22. scribatur. Hic commemorasse iuvabit nomina, de quibus alias dixi, *Ἀγαθοδαιμών* (ἢ *Ἀγαθὸς δαιμών*) IV, 5, 39. *Ἀλβανγούστα* II, 10, 18. *Ἄραβαιγύπτιοι* IV, 5, 27. *Ἐπτάδελφοι* IV, 1, 5. *Ζαμαριζών* (*Ζάμα μείζων*) IV, 3, 33. *Κλανδιονέριον* II, 6, 22. *Τιαριουλία* II, 6, 64. Credibile est, aliorum quoque nomina locorum binis composita vocabulis usu coahuisse, quam-

quam disiuncta saepe in codicibus, ut *Γραίας γόνν λιμήν* IV, 5, 7. *Κριοῦ μέτωπον* III, 16, 2. *Μνός ὄφος* IV, 5, 14. *Ὦνον γνάθος* III, 16, 9. His adde IV, 5, 28; *Λευκαὶ κάμποι*. Porro in codd. alia mutilata sunt, alia male distracta, quae hoc loco attigisse satis erit *Κομένοι* i. e. *Μελκομένοι* II, 16, 8. *Οὐολοι βιλιανοί* i. e. *Ούολονβιλιανοί* IV, 1, 10. In aliis aut aphaeresis, aut prosthesis obtinet, ut IV, 2, 20. (*E*)νάβασοι, in aliis aut syncope, aut epenthesis, v. c. *Μακ(ζ)οῦραι* IV, 2, 19. *Γι(ζ)θίς* IV, 3, 11. *Σηλυ(μ)-βοῖα* III, 11, 6. *Καῦνοι ἡ Καύσινοι* IV, 2, 10.

#### IV. *Litterarum et verborum transpositio.*

In nominibus propriis minus frequentibus aut raris, aut etiam semel modo in Ptolemaei Geographia memoratis, scriptura vulgaris haud raro a ceterorum scriptorum aut nonnullorum ipsius operis codicum testimonio discedit. Quamobrem anceps est saepe de vera lectione ut criticorum sic geographorum sententia. Exempla apposuisse sufficiet: *Αἴσοις ἡ Αἴσοις* IV, 3, 41. *Ἀλαισα ἡ Ἀλαισα* III, 4, 3. *Τυξις ἡ Ζυγις* IV, 5, 6. *Ζακάμαξα ἡ Ζακάξαμα* IV, 3, 14. *Ζουγάθθαρι ἡ Χου-  
